



**Rvperti Ab||batis Monasterii || Tvtiensis Ordinis S.  
Benedicti The||ologi antiqui, Opera duo, ut egregia sanè,  
ita diu desiderata, multoq[ue] || labore perquisita, ac  
sumptu haud ita modico ...**

**Rupert <von Deutz>**

**Colonia, M. D. XXVI.**

**VD16 R 3796**

Quod secundum similitudinem fessi uiatoris frequens interciso librorum  
fessum releuet animu[m] scribentis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71860](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71860)

ET PROCESSIONE SAN. SPI. LIB. VI. LXXX

Prouer. 8. magnis locutura sum, & aperientur labia mea ut recta prædicent, ueritatem meditabitur guttur meum. Quibus de rebus magnis loqueris? Quæ recta, quam ueritatem pre-dicabis? Dominus (ait) possedit me in initio uiarum suarum: antequam quicquam ficeret à principio. Ab æterno ordinata sum & ex antiquis, antequam terra fieret. Quando præ-parabat cœlos aderam, & cætera usq. Nunc ergo filij audite me. Paucisq; interpositis, ait

Prouer. 9. Sapientia ædificauit sibi domum: excidit columnas septem, immolauit uictimas suas, mis-cuit uinum & proposuit mensam. ¶ Non resistæ, res eædem sunt quas Iohannes Eu-

Verbū dei as-pud Iohannē & sapiētia as-pud Salomo-nē, una ac eas dem res est.

gelista uoce clarissima manifestius enunciavit, dicens. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, & uerbum caro factum est & habitauit in nobis. Paululum uoces siue nomina & uerba differunt, sed res eædem sunt. Hic sapientia, illic uerbum. Hic initium uiarum, illic principium. Hic ego sapientia concepta eram, illic non factum est, sed erat uerbum, ait euangelista. Hic cum eo eram (inquit) cuncta componens, illic dictum est, uerbum caro factum est, omnia per ipsum facta sunt. Hic taliter dictum est, sapientia ædificauit sibi do-mum: illic dictum est, uerbum caro factum est, & ipsam carnem uerbum incarnatum, suū nominat templum. Hic taliter dictum est, excidit columnas septem: illic certum est, in tē-plō corporis dominici habitare septem sp̄ritus. Hic taliter dictum est, immolauit uicti-mas suas, miscuit uinum, & proposuit mensam, illic taliter factū est, sicut experti sumus. & experiuntur omnes: qui proprium corpus suū tradidit in morte, & in cōmorationē mortis eiusdem quotidie proponit nobis panē & uinū, corpus et sanguinē suū.

¶ Quod secundum similitudinem fessi viatoris, frequens intercisiō libroꝝ, fessum relictu et anūmū scribentis. Cap. XXI.

Sicutudo auto-ris ad uiatorē

**G** Anquā fessus viator, residere et hunc libellū finire compellor, similibus illi, qui in itinere mansiō forte proposita habuit, putans esse locū uicinū quo peruenire posset ante solis occubitum, et esse iter unius diei, quod erat duox aut triū diez, fere sic mihi contigit, dum querens quandā imaginationē sancta trinitas in isto speculo triū uirtutū, fidei, spei, et charitatis: nisi pedem mentis, et cursum linguae in tres libros Salomonis, putans quod propositum meū breuissimo possit cursu peragi. Ecce autem video quia non tam breuiter fieri potest, alioquin offendam quemlibet iudicem sapientē, boni sermonis probatore, ut bono sapore propositionis nostræ affectus, nec ples-na copia saturatus, et iccirco magis irritatus, stomachetur, et dicat contra me tale quid, ut est illud. Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. ¶ Quapropter similis (ut iam dictum est) illi, qui desperans ad propositam peruenire mansiō, accumbit in medio itineris, re-seruabo quod uiae reliquū est futuro diei, faciamq; hic iam finem præsentis libelli, ne antea cedentibus multo prolixior sit, sanctum inuocant sp̄iritū, cuius solennitas annua nunc re-currens nos in laudem sui aduentus excitat, et sic quoq; tanquā fluminis impetus ciuitatē id est ecclesiam, dei lātificat, quatinus ipso duce viator iste, quo tendit, illuc perueniat, una (inquiens) petij à domino, hanc requiram, ut in habitu in domo domini omnibus diebꝝ uitæ meæ, ut uideā uoluntatē domini, et uisitē templū eius.

FINIS LIBRI SEXTI.

Psalm. 45.  
Psalm. 26.